



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

Tit. X. De Consiliis Evangelicis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

Sæcul. XVI. Concilio Viennensi contra Begardos repro-
A.C. 1521. bata, & hæretica.

TITULUS X.

De Consiliis Evangelicis.

In hoc Titulo quatuor damnantur propositiones : I. „ Illud verbum Christi Matthæi quinto: *Qui te percussit in maxillam dexteram* 8. & illud „ ad Romanos 12. *Non vos defendetis Carrissimi*, non sunt consilia, sicut etiam „ multi Theologi errare videntur, sed „ præceptum. „ *Hæc propositio est falsa, legis Christianæ nimium onerativa, & sanæ intelligentiæ S. Scripturæ adversa.* II. „ Requiritur coram iudice de injuria reparationem Christianis prohibitum „ est. „ *Hæc propositio est falsa, scandalosa, juri divino naturalique dissona.* III. „ Quia Christianus temporalia non debet amare, ideo non debet jurare. „ *Hæc propositio est in moribus erronea, & sapiens hæresim.* IV. „ Judæis ad libitum verum jurare, est „ permissum. „ *Hæc propositio, si intelligatur permissum, tanquam licitum, falsa est, divino præcepto adversa, & antiquus Judæorum error.*

TITULUS XI.

De Purgatorio.

Hic titulus novem propositiones complecti-